

1970

Lettre du Provincial des Dominicains au Cardinal Patriarche de Lisbonne — (27-II-1896)

António Brásio

Follow this and additional works at: <https://dsc.duq.edu/angolavol4>

 Part of the [Catholic Studies Commons](#)

Recommended Citation

Brásio, A. (Ed.). (1970). Lettre du Provincial des Dominicains au Cardinal Patriarche de Lisbonne. In *Angola: 1890-1903*. Pittsburgh, PA: Duquesne University Press.

This 1896 is brought to you for free and open access by the Spiritana Monumenta Historica at Duquesne Scholarship Collection. It has been accepted for inclusion in Angola: 1890-1903 by an authorized administrator of Duquesne Scholarship Collection.

LETTRE DU PROVINCIAL DES DOMINICAINS
AU CARDINAL PATRIARCHE DE LISBONNE

(27-II-1896)

SOMMAIRE — *Faite l'enquête canonique préalable le R. P. Hicky déclare que la maison du Noviciat de Sintra se trouve être conforme aux exigences du Rescrit de la Sacrée Congrégation de la Propagande.*

Rogatu a R. P. Christophori Rooney, Procuratoris Missionum R.R. P.P. Congregationis Spiritus Sancti et Immaculati Cordis Mariae, domum ad eandem Congregationem pertinentem, prope Cintram sitam, die 25 hujus mensis Februarii personaliter adivi, ad inspiciendum an in praedicta domo eae omnes invenirentur conditiones quae in Rescripto Eminentissimi Cardinalis Praefecti S. C. de Propaganda Fide diei 26 Novembris 1895 requiruntur pro erectione Noviciatus pro clericis ejusdem Congregationis.

Peracta, igitur, diligente inspectione, omnia adesse inveniri quae in praecitato Rescripto exiguntur. Nam praeterquam quod, ut omnibus notum est, observantia regularis inter Religiosos viros ibi commorantes viget; ille qui Novitiorum curae proponitur ea pollet prudentia, zello caeterisque dotibus quae hujusmodi officio conveniunt.

Cum vero quinque Novitii jam parati ad annum probationis inchoandum inveniantur, et domus Novitiatus omnino a professorum domo sit separata, nihil desiderandum videtur quod ad canonicam Novitiatus erectionem requiritur.

Quae dum libente omnino testor, Sacram Purpuram reverenter deosculor, atque paternam benedictionem humiliter imploro.

Eminentiae Tuae

Observantissimus in Domino

Fr. Petrus D. Hicky Ord. Praed.

Ulyssipone 27 Februarii 1896.

[*En marge*]: Testimonio, hic adjuncto, cognito Reverendi Fr. Petri Hicky, ex Praedicatorum Ordine, approbamus, et, pro Rescripto Sacrae Congregationis Propagandae Fidei a sexto Kalendas decembris 1895, Novitiatum Congregationis Sancti Spiritus et Immaculati Cordis Mariae, in paraecia positum S. Petri Penaferrim, loco Cintra, Patriarchatus hujus Olisiponensis, canonicè erigimus, servatis semper de jure observandis omnibusque a Rescripto supra praescriptis

Olissipone sexto Idus Martii 1896.

† *Joseph, Card. Patriarcha,*

AGCSSp — Boîte 461-B.

NOTA — Les novices, au nombre de cinq, se sont installés à Sintra le 2 Février 1896, quelques jours avant la visite canonique du Provincial des Dominicains de Lisbonne. C'est l'ancien supérieur du collège du Pará (Brésil), P. Adolphe Dunoyer, qui a été nommé maître des novices clercs en Portugal.